

verissime poterit, exprimi curet in libro resolutionis computorum: & conferat cum statu anni precedentis, ut videat, nū qua mutatio contingat vel in deterius, vel in melius.

Itaque Denique conficiet breuem relationem Generali mittendam, ex qua Collegij status iudicatur, v.g.

Status habitualis Collegij N.

Habet in pecunia numerata singulis annis. scuta _____ sc. 1090
In alijs redditibus ex prædijs, ac fundijs. 400

Summa. _____ sc. 1490

Onera ordinaria sunt. _____ sc. 330

Itaque Proventus purus est. _____ sc. 1160
Ex quo possunt alii locij 20.

Status actualis.

A die 20. Maij 1647. usq. ad 30. Augusti 1648.
percepta in pecunia numerata. _____ sc. 900
In alijs proventibus. _____ sc. 780

Summa. _____ sc. 1380

Consumpta in pecunia numerata. _____ sc. 800
In alijs proventibus. _____ sc. 430

Summa. _____ sc. 1230

re-

Remanet in pecunia. sc. 50. in tritico, vino, oleo. sc. 100 _____ sc. 150

_____ sc. 1380

Summa.

Vnde apparet æqualem esse summam accepti, & expensi, si ratio habeatur eorum, quæ domi restant. Postmodò, quod sua reg. 85. habet, rerum mobilium Inventaria conferri omnino faciat cū Inventarijs in præcedenti visitatione a Provinciali, vel Visitatore subscriptis: ac diligenter inspiciat, an rerum omnium ratio constet, an videri cetera res nouæ adscriptæ, veteres expunctæ (quod accurate fieri semper debet) suis temporibus fuerint, præsentem Ministro, & officiali.

Pro Rectore

I Antequam rationem oeconomiae scripto exarata, & chirographo Antecessoris signata sua manu confirmet, intelligat, & (quantum fieri potest) inspiciat, an re vera tantumdem pecuniarum in arca, tritici, vini, olei, & reliquæ annonæ in penuarijs, creditorum, ac debitorum in nominibus sit, quantum affirmatur: & si res aliter se habere deprehenderit; ne se subscribat, & Provinciale admoneat: & ipsorum computorum seu à se confirmatorum, seu non confirmatorum exemplum transmittat, obseruandum in Archiepiscopo, vnde semper constare possit de bona, vel mala administratione Antecessoris.

Cogno-